DISPUTATIO JURIDICA INAUGURALIS,

DE

Foeditate eorum, qui advocatorio munere funguntur.

QUAM,

SUMMO FAVENTE NUMINE,

Ex Auctoritate Magnifici Rectoris,

PETRI BURMANNI, J. U. D.

Politices, Historiarum & Eloquentiae Professoris Ordinarii,

NEC NON

Amplissimi Senatus Academici consensu, & Nobilissimæ Facultatis JURIDICÆ decreto,

PRO GRADU DOCTORATUS

Summisque in UTROQUE JURE Honoribus & Privilegiis rite ac legitime consequendis,

Eruditorum examini subjicit

FRANCISCUS [illegible], Coburgo Francus.

Ad diem [illegible] JANUARII, *horis locoque solitis.*



TRAJECTI ad RHENUM,

Ex Officina GUILIELMI vande WATER, Academiæ Typographi. cIɔ Iɔ ccxii.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

DISPUTATIO JURIDICA

INAUGURALIS,

DE

Fœditate eorum qui advocatorio munere funguntur.

PROOEMIUM.

Quemadmodum quilibet fere mortalium sacra auri fame premitur, divitiasque ardentissimo amore expetit, & ut potiatur petito, strenuè, licet non semper honeste laborat, & quoniam etiam modus hic inhonestè acquirendi nummos, in foro non infrequens est, placuit de Fœditate eorum, qui advocatorio munere funguntur Disputationem *Inauguralem conscribere.*

 §. I.

Digitized by Google

§. I.

Derivatur autem vox *Fœditas* ab adjectivo fœdus, a, um, quod idem est ac turpis, e. sicut in lege 53. *ff. pro socio* fœda communio pro turpi & in *l.* 20. *C ad leg. Jul. de adult.* fœdissima mulierum nequitia pro turpissima ponitur, siquidem etiam Livius *l.* 40. *c.* 33. turpe consilium & exemplum fœdum consilium & exemplum appellitat.

§. II.

Nos hîc loci fœditatem per sordem explicamus, cui æquipollet avaritia pecuniaria *l.* 3. §. 1. *l.* 9. §. 3. *de recept. qui arbit. recep. l.* 3. *C. eodem l.* 7. §. 2. *ff. de Adminiſt. & pericul. Tut. & Curat. leg.* 51. *princ. ff. de Evict. leg.* 7. §. 8. *ff. de Minor.* 25. *ann. l.* 26. §. 4. *ff. ex quib. cauſ. major. in integ.* nam quod in illis locis dicitur per sordes, hoc in *leg.* 1. §. 2. *ff. de Magiſt. conv. l.* 8. §. *ult. ff. Mand.* pecunia acceptâ fieri dicitur, tutorque qui avare & pecunia corruptus rem pupilli negligit sordide agere dicitur, *leg.* 3. §. 5. *ff. de ſuſpect. Tut.* hinc fœditate laborare dicimus eos, qui aut pecunia corrupti, aut amore argenti constricti, ea, quæ officii, ratio postulat, negligunt, aut contra officium agunt aut plus, quam jure determinatum est, petunt.

§. III.

Perspecta jam fœditate, videamus etiam quid sit ille qui advocatorio munere fungitur, aut uno verbo quid sit Advoca-

Digitized by Google

vocatus? dicitur autem ab advocando, quod vocatus seu accersitus læso clienti opem ferre causæque merita discutere debeat *Agricol de Advocat. c.* 8. quomodo vero Advocatus à procuratore differat vid. *Donell. lib.* 18. *c.* 3. *it. Jason. in Rubric. C. de procurat. n.* 2. *& seqq.* sicut etiam adhuc hodie in Curia Provinciali Saxonica suprema, Advocati à procuratoribus in eo distinguuntur, quod Advocatus pro meritis causæ consilio vel elaboratione operam impendat inque judicio sedendo proponat, procurator autem nomine clientis mandatum saltem suscipiat, & adsit scribendo aut alio modo Advocato, serviatque processui judiciario *Mev. p.* 8. *Decis.* 131. erat etiam olim inter patronum & Advocatum differentia; Patronus enim in judicio clienti patrocinium præstabat, & ea, quæ ab Advocato edoctus erat, in usum deducebat. *Hillig. ad Donell. l.* 18. *cap.* 3. Advocatus autem non perorabat, sed in causis saltem jura suggerebat. *Harpprecht. ad* §. 1. *n.* 9. *de iis per quos ager. poss.* Ast in jure civili Advocatus & patronus idem valent *l.* 4. *&* 6. *C. de postul. l.* 1. *C. de Advocat. divers. Judicior.* & in larga significatione sub nomine Advocati etiam procurator venit *Jason. in d. rub. Cod. de procurat.* veluti etiam in Camera Imperiali, omnis procurator dicitur Advocatus, *Gail. lib.* 1. *observ.* 43. *n.* 6. Ideoque in Ordin. Procesf. Saxonica procuratores & Advocati conjunguntur. *Tit.* 3. *Von denen* Advocaten *und* procuratoren. Describitur autem Advocatus, quod sit vir gravis, qui in negotiis arduis patrocinium clientibus præbet, eorumque jura, & causarum merita, coram eo, qui jurisdictioni præest, exponit, dirimit, defendit, & alterius desiderio contradicit. *l.* 1. §. 3. *ff. de Postul. l.* 14. *C. de Advoc. divers. judicio. Agricol. de Advoc. c.* 1. *in fine.* Estque eorum officium maxime honorificum, adeo, ut etiam Imperator Romanus dicatur Advocatus & quidem Ecclesiæ Germ. *Voigt und Beschirmer der Christenheit. R. A. zu Speyer de A.* 1524. *R. A. zu Augsp. de A.* 1530. *R. A. zu Regensp. de A.* 1541.

§. IV.

Hinc etiam prohibentur postulare fœminæ *leg.* 1. §. 5. *ff. de post. l.* 18. *C. de procurat.* Cæci, & Surdi *d. l.* 1. §. 3. *&* 5. *ff. de postul.* Minores de jure civili xxv. & de Jure Saxonico xxi. annorum *d. leg* 1. *§.* 3. qui enim legitimam ætatem non compleuit, procurator in judicio existere non potest *leg.* 12. *C. de procurat. l.* 51. *ff. eodem.* Minor enim legitimam in judicio standi personam non habet. *l.* 1. *&* 2. *Cod. qui legit. in jud. Standi person. c.* 5. §. *ult. de procurat. in* 6. & hæc ita obtinent, si pars adversa de inhabilitate excipiat, metuens forte restitutionem in integrum minori aliàs competentem *l.* 2. *C. qui leg. perf. Standi l.* 5. *princ. ff. de procurat.* Sin vero Adversarius hanc exceptionem silentio prætereat, minor in judicio admittitur, modo expleverit Annum xvii. *l.* 1. §. 3. *ff. de postul. l.* 12. *C. de procurat.* Siquidem etiam non repellitur in terris Saxonicis si ipsi sequentem in modum: *Demnach dem vormahls publicierten Sächs. General Mandat zu gehorsamster folge N. N. vermittelst abgelegten corperlichen eydes, und sonsten sich zur* praxi *gebührend* habilitiret; *Als ist ihm solche in diesem Churfürstenthumb und* incorporierten *Landen zu exerciren und fort zu stellen nunmehro verstattet, auch darüber gegenwärtiger schein under dem Churfurstl. Cantzley secret ertheilet worden.* Praxis concessa fuerit; alias enim hæc concessio esset sine effectu. Porro quoque ab advocati officio arcentur insigni turpitudine notati. *d. l.* 1. §.6. *ff. de postul.* aliique infames §. 8. qui & hodie plane repelluntur. *ord. Camer. p.* 1. *Tit.* 18. Ut quis autem agat Advocatum, requiritur etiam ut sit Christianus *l. fin. C. de postul. l.* 15. *C. de Episcop. aud* Judæum igitur procuratorem nomine Christiani constitui non posse, observantia Camerali probat. *Mynsig. cent.* 2. *observ.* 13. sicut etiam Doring. *in Bibl. verb. Advocatus u.* 195. *& seqq.* Turcas, Sara-

ra·

Digitized by Google

racenos, hæreticos, & ex communicatos ab Advocatura excludit.

§. V.

Cæterum Advocati in republica sunt summe necessarii, quia summam ipsi etiam præstant utilitatem, nam juxta *leg.* 14. *C. de Advoc. diverſ. judicior.* ambigua causarum fata dirimunt, suæque defensionis viribus in rebus publicis ac privatis lapsa erigunt, fatigata reparant, & gloriosæ vocis munimine confisi laborantium spem, vitam & posteros defendunt. Inde quoque citat. leg. militibus æquiparantur, & dicitur eos non minus humano generi providere, quam si præliis atque vulneribus patriam, parentesque salvarent, & eos non solos Imperio militare, qui gladiis, clypeis & thoracibus nituntur, sed & Advocatos. Unde etiam Friderici III. Imperatoris intentio de illis abrogandis à statibus imperii rejecta est. *vid. Goldast. p.* 1. *conſt. Imp. p.* 167. & Pompenius rectè ait in *leg.* 2. *ff. de O. J.* parum est jus in civitate, nisi sint qui jura reddere possunt; quapropter adhuc hodiè tam in Camera Imperial. *p.* 1. *tit.* 22. *ejusd. ordin.* quam in Saxonia, *Reſolut. Grav. Tit. von Juſtitien-ſachen* §. 35. supplicationes, cæteraque memorialia ab advocatis non subscripta rejiciuntur, & ne simplices homines maneant indefensi, judex parti non petenti, inprimis autem reo bonum & peritum adjungat Advocatum *Oldekap Tit.* 1. *obſerv.* 4. *&* 10. præsertim, si ob adversarii potentiam se aliquem invenire non posse asserat. *l.* 1. §. 4. *ff. de Poſtul.*

§. VI.

Eorum igitur laudabile vitæque hominum necessarium officium maximè principalibus præmiis remunerari oportet, *l.* 4. *princ. Cod. de Advoc. diverſ. judicum* & cum sapientia civilis

vilis pretio numario æstimari non debeat, illud quod Advocatis loco salarii pro labore & consiliis solvitur non Merces, sed honorarium vocatur eorumque patrocinium ad facta non locari solita refertur. *Bachov. ad Treutl. vol. 1. Disput. 29. Thes. 29. Frantzk. ad Tit. locat. n. 57. & seqq. ordin. procerf. Saxon. Tit.* 42. § *nechst Diesen* & Advocatus in jure adeo munitus est, ut non solum si causam aliquam sanarit, & cliens tam pauper sit, ut illi honorarium præbere nequeat, Magistratus illud ex publico ærario suppeditare debeat, *Wesenb. in paratit. ff. de postul. n. 3. Carpz. 1. Const. 1. def. 25. Casson. de Torment. c. 21. n.* 20. Siquidem etiam lij fiæ tam a Magistratu Academico quam civitatis, Advocato cuidam, qui pauperum nominatur, certum annuum salarium porrigitur, sed etiam honorarium & salarium illud, quod Advocatus à privatis clientulis accipit dicatur peculium quasi castrense, nec parentibus etiam quoad usumfructum acquiratur, sic ut de eo possit testari, quamvis sit in potestate patris, *l. 4. Cod. de Advoc. div. judicio :* Hisce circumstantiis statim ex illorum consortio rejicimus venalem istum rabularum gregem, quorum proprium, quidam misselli plebeculi aut inscitia aut invidia ducti, Advocatis impingunt ; Et utinam omnes munere Advocati fungentes etiam eo laborarent, ut non nisi fide, pietate, probitate, prudentia, modestia, & legum satis instructi scientia ingrediantur forum. *l. 1. Cod. de Advoc. diverf. judicum R. A. de A.* 1654. *& Churfurstl. Sächs. Torgauisches Ausschreiben de A.* 1583. Tit. *von* Advocaten, &c.

§. VII.

In primis autem cautè & circumspectè in suscipiendis causis Advocatus agat, & fideliter clientem adhortetur, quod sibi omnes & singulas etiamque minutissimas causæ circumstantias, communicare velit, causâque ita explorata, negotium

Digitized by Google

tium cum omnibus circumſtantiis optime perpendat, de genere actionis deliberet, & omnibus modis invigilet, ut citra prolixos rei fluxus, felix, intrare valeat portum: Si autem cauſam jure non fundatam neque juſtam litigandi cauſam ſubeſſe deprehendit, eam contra conſcientiam & juramentum juſtitiæ præſtitum defendendam non ſuſcipiat, *angezogenes Churfürſtl. Sachſ. ausſchreiben* de dat: *Torgau* 1583. Tit. *von* Advocat. & Procurat, *l.* 14. §. 1. *Cod. de Jud.* ſicut & ſuadet Syrach *cap.* 4. *verſ.* 32. *Diene dem Narren nicht in ſeiner ſache, uud ſiehe ſeine gewalt nicht an, ſondern vertheidige die wahrheit biſz in den Todt, ſo wird der Herr vor dich ſtreiten &c. it.* verſ. 27. & ſeqq. *Laſz dich keine perſohn bewegen dir zum ſchaden, noch erſchrecken dir zum verderben, ſondern bekenne das recht frey, wenn man denen leuten helffen ſoll, denn durch bekendniſs, wird das recht und die warheit offenbahr.* Imo ſuſceptæ cauſæ iniquitate poſtea comperta, ut falſam deferere tenetur cit. *leg.* 14. §. 1. *Cod. de Jud. Curfurſtl. Sachſ.* Advocaten *Eydt §. ingleichen.*

§. VIII.

Hoc ſi ab illis fieret, illa Taciti quærela: quod nihil quicquam publicæ mercis tam venale ſit, quam advocatorum perfidia. *lib.* 11. *Anal. in princip.* hodiernis temporibus haud inveniret locum, multo minus de iis dici poſſet, quod auri ſacra fames, eos ita impudentes efficiat ut vero ſacratiſſimæ diſciplinæ uſu poſthabito, nihil minus curent, quam juſtitiam colere, ſed tantis ſordibus tautaque avaritia teneantur, ut viſo auro ſtatim obmuteſcant juſtitiatiamque venalem faciant, & pro modo denariorum, clientulis aſſiſtere non erubeſcant, adeo ut etſi heri pro Cajo conſilium dederint, hodie, adverſario plus auri offerente, argentanginaque laborare faciente, contrarium in eadem cauſa ſtatuere pro nihilo

Digitized by Google

ipſis ſit, dicentibus interim de facto, quod antea parum bene propoſitum fuiſſet, ſeſe melius eſſe inſtructos *Joann. Ferrar. Montan. in ſuo proceſſ. p. 1. lib. 1. c. 1.*

§. IX.

In hoc itaque Mercenario ſtudio peccatur, & committitur fœditas ab Advocatis, quando omnes indiſtinctè cauſas, malas & bonas frivolas & viliſſimas defendendas, lucri cauſa, ſuſcipiunt, malasque & deſperatas, multis & interdum falſis allegationibus colorare ſolent, dicentes, ſe quidem turpiter facere, quod ſint Advocati, ſed non turpiter accipere cum ſint Advocati, ſententia deinde non ex voto clientis ſubſecuta, perſuadent ipſi, eam non ex juris præſcripto provenire, ſed litis eventum eſſe dubium, & aliquando litigantes obtinere ex imprudentia & errore judicis aſtutia, vel gratia, vel fraude adverſæ partis, *l.* 15. §. 1. *ff. de judiciis l. 6.* § 1. *ff. de inoffic. Teſtam. l.* 51. *ff. de pecul. l.* 51. *ff. de Evict. l. 7. ff. de fidejuſſ. l.* 15. *ff. ad leg. Jul. de adult.*

§. X.

Ejusdem farinæ ſunt etiam illi, qui commodi cauſa plures quam commodè peragere & defendere poſſunt cauſas, ſuſcipiunt, iisdemque, eas aliis vi auferendo, fœdiſſimè ſeſe obtrudunt, immo etiam quandoque cum aliis Advocatis jurgia ſumma cum turpitudine ex avaritia movent eosque deinde in juriis & ſcommatibus in actis publicis contra *ordin. proceſſ. Saxon. Tit.* 3. *& Torgauiſchis ausſcreiben cit. loc.* proſcindunt & ſi ſuſceptarum & interdum vi ablatarum cauſarum infirmitatem defendere nequeunt ad alia illicita remedia properant,

Digitized by Google

perant, *Carpz. p. 1. Const. 1. def. 19. bringen falsche motiven auf die bahn, führen die rechte falsch an, verdrehen den handel, mahlen gleichsam den Richter, einen blaunen dunst vor die augen, überschreyen denselben; stellen sich als Marckschreyer, verführen ungrund wieder die Acta, und geführten beweis, tragen ihr maul zum lügen feil, wenn es aber zum rechten gesetzgefechte komt, so bleiben sie was das fundament aubelanget, zu ruck.* Vide late *Wahremund, in Geldmangel c. 6. part. 4.*

§. XI.

Et cum juxta *leg. 13. §. 9. Cod. de Judiciis*, Advocatorum officium sit, ut causas susceptas, quam citissimè fieri potest, ad finem perducant, inveniuntur inter illos quidam fœdissimi, qui eas contra *leg. 6. §. 4. Cod. de postul.* & *leg. ult. Cod. de Advoc. divers. jud.* ex industria magno cum litigantium dispendio protrahere, amicabilem compositionem omnibus viribus impedire, & causas in longius per ambages, ut eo nomine clientes tanto diutius torquere & pecunia emungere possint, circumducere solent, inprimis si causæ sint pingues, & de pane & lacte, ut ajunt, aut eas ad calendas Græcas procrastinant aut ut nunquam finiantur, omnem movent lapidem, & interdum hisce procrastinationibus clientes, aut etiam adversarios ad mendicitatem cogunt. *Rutg. Rulad. Tract. de Commiss. part. 1. lib. 2. c. 2. §. 12.* Sic observare etiam licet causas quæ una vice decidi potuissent, in diversis terminis, propter commodum Advocati expediri, deinde expensas ultra quantitatem jure determinatam à clientulis exigi, eosque pro lubitu divexari, siquidem etiam multorum Advocatorum morosa fœditas, non solum promissionem salarii majoris, quam par est, extorquet, sed illi etiam ædibus egredi nolunt, nisi quidquid exegerint, aut cliens promiserit, fuerit solutum, præsertim si causæ urgentem necessitatem & gra-

Digitized by Google

vitatem observant, imo quidam etiam tam audaces sunt, ut, si cliens hoc recuset, transitum ad castra adversæ partis minentur; denique etiam hisce fœdissimis modis augendi Advocatorum loculos, annumerandum est pactum de quota litis, quando nimirum Advocati certam vel quotam partem, aut, ut dicere solent, partem de tunica paciscuntur, quod autem partim, ob suspicionem concussionis, & quod sit venditio litis, qua Advocatus contra *leg.* 15. *Cod. de procurat.* propriam quasi causam fovere videtur, partim quod occasionem calumniæ præbeat, *l.* 6. §. *ult. ff. Mandat.* jure omnino prohibitum est, *l.* 6. §. 2. *C. de postul.* & contra ejusmodi Advocatos remotionis pœna constituta est, *l.* 5. *C. de postul. conf. Lauterbach. in Disput. de palm. Advocat.*

§. XII.

Quo itaque hocce malum, & hæc penicies eo melius aveitatur, in bene constitutis judiciis, non omnes promiscuè ad praxin admittuntur, sed quorum vitæ famæque honestas præ primis cognita est. *R. H. R. Ordn. Tit.* 7. Et qui aut Doctores, aut licentiati Juris sunt vel quorum eruditio satis perspecta, aut per examen Jurisconsultorum explorata, *l.* 11. §. 1. *Cod. de Advoc. divers. Jud. Churfurstl. Sachs. Torgau: ausschreiben de A.* 1585. *wie auch de dat. Dippoldiswalda den* 18. *Febr. A.* 1691. *R. H. R. Ordn. cit. loco.* quædam etiam judicia ad certum numerum Advocatorum restricta sunt sicuti in *R. H. R. Ordn. Tit.* 7. dispositum legimus, ut supra 30. non recipiantur, *deren anzahl sich doch über* 24. *biß* 30. *nicht erstrecken soll.* Sic etiam notum est, quod suprema curia provincialis Electoralis Saxonica, quæ lipsiæ viget, nec non curia provincialis, quæ Wittebergæ est, ut & consistorium dictæ lipsiæ constitutum, ordinarios suos alat Advocatos, siquidem etiam in Electoratu Brandeburgico & quidem

in

Digitized by Google

in superioribus judiciis v. g. Coloniæ ad Spream, Custrini, Stargardiæ &c. nulli nisi ordinarii ad praxin admittuntur.

§. XIII.

Interim tamen receptis in numerum ordinariorum non statim in laudatis jam Judiciis Defensio causarum conceditur, nisi certum quoddam juramentum præstiterint, uti videre est ex *ordinat. judicial. Regiminis neomar—Chici* de A. 1646. *Unsere Cantzlar und Räthe, sollen die* Advocaten, *welche in unserm Cammergericht dienen wollen, auf die ordnung, und diese unsere erklärung schweren lassen, auch ein fleissiges und ernstes auffsehen haben, daß sie denselben, gehorsamlich nachleben, und wieder die, welche denselben nicht nachkomen, und ihre gewohnheit die parte und sache aufziehen, oder die parte in der gütlichen handlunge, oder mißverstande des rechtens, in unnöthige weitleufftigkeit verleiten, und umbfuhren wollen, mit abforderung des* juramenti malitiæ; *und wenn sie sich daran nicht kehren wollen, mit verboth des* practicirens *und anderen ernsten straffen unnachläßlich verfahren.*

§. XIV.

Sic etiam ad compescendam Advocatorum, temeritatem, eorundemque fœditatem, in judicio Aulico Cæsareo sequenti juramento adstringi solent; *Ihr sollet der Röm. Keyserl. Majestät geloben, und einen eydt zu Godt auf das heilige Evangelium schweren, daß ihr die Partheyen, und deren sachen zu handelen ihr annehmet, in denselben sachen, mit gantz und rechten treuen meynen, und solche sachen nach euren besten verstehen, der parthey zu gut, mit fleis handeln, und darinnen wissendlich keinerley*

ley falsch oder unrecht gebrauchen nach gefährliche , auffschub und dilation zu verlängerung der sachen suchen , und dessen die parthey zu thun oder zu suchen nicht unterweissen , auch mit denen partheyen kein vorgeding oder vorwort machen , einen theil von der sachen , deren ihr in Keyserl. Reichs-Hoffrath Procurator und Agent seyde zu haben , oder zu warten, auch heimlichkeit und behelff, so ihr von partheyen empfangen , oder unterrichtung der sachen, die ihr von euch selbsten mercken werdet ,euren partheyen zu schaden, niemands offenbahren den Keyserl. Reichs-Hoffrath ehren und fordern , und vor gericht Erbarkeit gebrauchen , darzu auch die partheyen uber gebuhrenden lohn nicht beschweren oder erheben.

§. XV.

In nostra quoque Saxonia convenientissimam hisce malis medelam in constitutionibus publicis, præprimis in Resolut. Gravaminum *Tit. von Justitien-sachen* §. 33. & 34. invenimus; siquidem etiam Serenissimus Elector Saxoniæ *in den Dippoldischwaldischen Ausschreiben de A.* 1691. eo se refert denuo autem ibidem §. 8. constituit: *Daß ausser deren Graduirten persohnen hinführo keiner weiter* ad Praxin *zu gelassen werden soll, wenn er gleich des practicirens sich bishero gebraucht, dafern er nicht zuförderst von einer Juristen Facultät derer Sächs. Landen sich collegialiter examiniren , seiner geschicklichkeit wegen , ein beglaubtes Zeügnuß erlangen , und solches bey unserer Lands-Regierung , binnen einer frist von vier Monathen von zeit der publication dieses Mandats an zu produciren , auch so dann sich alda immatriculiren , und zur Justitz nach einer gewissen zu solchem Ende gefertigten notul vereyden lassen , und darauff ferner gnädigsten befehl seiner admission halber ausbringen würde; jedoch wollen wir unsern Cantzlor und Räthen gnädigst anheim stellen, wenn alte und erfahrne Practici so ihrer erudition , und gefuhrter re-*

Digitized by Google

unsträfflicher und gewissenhaffter praxis halber, bekandt, umb remission der Examination anhalten solten, solche ihnen, doch, daß die vereydung und immatriculation nicht desto weniger erginge, befundenen umbstanden nach, zu verstatten.

§. XVII.

Quemadmodum vero ex hoc jam relato Mandato Electorali Saxonico, ejusque recensitis verbis luculenter patet, quod præter Doctores & Licentiatos, (optandum esset, ut & hi ad hoc adigerentur) nullus, non juratus in Saxonia ad postulandum admittendus sit, ita non promoti præprimis: *Daß sie ihres eigenen nutzens halber, dem Part keine vergebliche Hoffnung machen, sondern die umbstände mit fleis, und mit grund ihm zu gemüthe führen, auch darauf verwarnen wollen, daß er sich lieber selbst weise, als in vergebene unkosten führe*; it. *daß sie in allen sachen, so ihnen anvertraut werden, zuförderst wenn sie tweiffelhafftig sind, mit allen kräfften, daß sie in der güte beygelegt werden mögen, bemühet seyn wollen, also vornehmlich in sachen, so zwischen Obrigkeit und unterthanen, Seelsorgeren und Beicht-kinderen, Mann und Weib, wie auch nahen anverwandten sich verhalten, vor allen dingen die leute, so sie, ihnen zu dienen verlangen werden, mit allen möglichsten fleis zu gebührendem gehorsam, und sich selbst unter einander der billichkeit zu vergleichen, vermahnen, die partheyen mit gebühren nicht übersetzen. keine processe oder sachen redimiren, oder an sich handelen, und schlüßlichen, mit dem andern Theil so wohl bey wehrenden patrocinio, als wenn. Solches aufgehöret, keines weges colludiren wollen, &c.* Pro coërcenda fœditate jurare tenentur alleg. mand. Elect. Saxon. Dippoldis. eique annex. juram. Advocat.

§. XVII.

§. XVII.

Et quæ ita ſunt ſancita ſummam continent æquitatem, quapropter etiam fœditas Advocatorum tanquam crimen non leve ex officio, à judice, licet parte non petente, quia tam judicii honor quam charitas proximi circa juſtitiam in judicio ſervanda, violatur, ſeverè corrigenda & punienda eſt *Mev. p.* 8. *Deciſion.* 130. hinc arbitrio judicis pœna relinquitur, ubi pro gravitate delicti, ſupplicium etiam aggravetur neceſſe eſt, & non aberrabit judex, quando interdum concuſſionis vel extorſionis pœnam, ubi præter infamiam, *leg.* 4. §. 4. *ff. de his qui notant. infam.* in carceratio, relegatio, aut quoque remotio ſive ſuſpenſio a praxi vel temporalis vel perpetua dictari ſolet. *Struv. Diſſert. crimin.* 10. *theſ. ult.* interdum acerbiorem pœnam cum reſtitutione damni, præſertim ſi Advocatus ſorde corruptus, cauſa clientis prodita, adverſarium dolo malo adjuvet, aut faciat, ut cliens cauſam perdat, irrogabit. *Doring. in Biblioth. verb. Advocatus. n.* 633. *ordinat. Carolin. Articul.* 115. ubi expreſſè conſtitutum: *Der ſoll zu forderſt ſeinem theil nach allem vermögen ſeinen ſchaden, ſo er ſolcher ſachen halben empfähet, wieder legen, und darzu an den Pranger oder halßeiſen geſtellet, und mit ruthen ausgehauen, des Landes verbothen, oder ſonſt nach gelegenheit der Mißhandlung in andere wege geſtrafft werden.* Et non immerito tales impii advocati, qui hoc nomine tam indigni ſunt, ac ſi Stercora equina, Poma aurea nomines, tanquam excoriatores pauperum, canes curiarum, & devoratores civium, imo tanquam lenones, qui juſtitiam ſui turpis lucri & quæſtus cauſa nefariè proſtituunt, ex civitatibus & regionibus ſunt extirpandi & expellendi. arg. *Novell.* 14. *Joann. Ferrar. Mont. in ſuo proceſſu p.* 1. *lib.* 2. *cap.* 10. *Roland. à Vall. conſ.* 87. *n.* 32. *& ſeqq.*

Digitized by Google

§. XVIII.

Sciendum tamen etiam est, quod honestis Advocatis, pro labore & studio, honestum quoque salarium unde se tanquam totos alienis negotiis mancipatos, suamque familiam sustentent ad certum usque modum sine ulla fœditate petere liceat *l. 3. C. de postul.* Modus autem ille, aut quantitas licita intelligitur pro singulis causis ad centum aureos *l. 1. §. 12. ff. de Extraordin.* cognition. & si causa sit ardua vel de vita hominis, tunc salarium centum aureos quoque excedere potest *Beüst. in l. 31. ff. de Jurejura. n. 265.* quantum vero pro singulo actu, honorarii vel salarii loco advocato debeatur patet ex Mandat. Elect. Saxon. Torgav. de A. 1583. *Tit. von Advocat. und procurat.* ordinat. polit. Saxon. de Anno 1612. *Tit. von Justitien-Sachen. &c.*

§. XIX.

Quandoque etiam duplex salarium advocato, si nimirum ille duplex officium, & patrocinium causæ, & procurationem litis gerat, juxta ea quæ tradit *Mev. p. 8. decis.* 131. exigere permittitur & quidem sine suspicione fœditatis, nam qui duplicem laborem sustinet, & exhibet, duplicis quoque personæ respectum habet, & quando duplex respectus in eadem persona concurrit, servatur jus in eadem, quod servaretur in duabus arg. *l. 12. ff. de legat.* 1. & Advocatoria dignitas tanquam major, non debet circa minoris nempe procuratoriæ dignitatis privilegia, & commoda præjudicium facere *leg. 3. C. de dignitat.*

Digitized by Google

§. XX.

Et licet regulariter Advocatus sicut & supra §. 12. monui, de quota litis pacisci non possit, per allegata ad dict. §. tamen ratione palmarii i. e. victoriæ, pactum & stipulatio omnino valet *l.* 1. §. 12. *ff. de extraord. cognit. Gail. lib.* 1. *observ.* 44. Imo proficuum est Advocato ut de certo salario conveniat, aliàs si in sui clientuli arbitrium determinationem salarii ponit, nihil agit nec cliens tam facilè condemnari potest, cum priori casu vel condictio certi, vel actio exstipulatu Advocato competat; *Gail. cit loc.* & quando annuum salarium Advocato per pactum constitutum est, totum ad hæredes ejus transmittitur, sive ille in fine, sive in medio, sive initio anni moriatur *l.* 15. §. 1. *C. de Advocat. diversf. judicior. Mynsig. cent.* 3. *observ.* 8. *Gail. lib* 1. *observ.* 44. etiamsi advocatus quoque in toto illo anno nihil laboris habuerit, & planè nihil fecerit, aut laboraverit. *Seculi l.* 1. *partic.* 4. *Tit. de Salariis Jacob. Schult. quæst.* 4. & 5. *p.* 1. nec solutum ab ejusdem hæredibus repeti potest *leg.* 1. §. 13. *ff. de Extraord. cognit.* & quidem ex hac ratione quia per eum non stetit, quominus causam ageret.

§. XXI.

Nunc quæritur, occasione præcedentis §. si pars aut cliens advocato immodicum & iniquum salarium promiserit, seque pacto speciali aut per modum legis adstrinxerit, numne hocce pactum validum & cliens ad illud servandum, promissumque præstandum, obstrictus sit? & videtur dicendum quod sic, quia pacta contractui dant legem *l.* 23. *ff. de Regul. jur.* neque advocatus sic dolo facere videtur, qui jure suo ex pacto

Digitized by Google

ſto quæſito utitur, petitque ſalarium promiſſum *l. 55. ff. eod.* Verum rectius negando reſpondetur, de immodico enim honorario inter Advocatum & clientem initum pactum non ſubſiſtere poteſt *l.* 1. §. 10. *ff. de extraord. cognit. &c.* licet etiam juratum ſit. *Ummius in proceſſ. Diſput.* 1. *conc.* 10. *n.* 45. & cum contra conſtitutiones & leges publicas, advocatis æquitatem in exigendo ſalario injungentes, ſit, nullo modo excuſari poterit, ſiquidem hujus rei cauſa, veram regulam in modo laborum & conſuetudine judicii ſtatuit jurisprudentia *d. leg.* 1. §. 10. *ff. de extraordin. cognit.* ſicut & Facultas Juridica Lipſienſis: *Daß das* ſalarium *nach der ſachen beſchaffenheit, und wichtigkeit, nach der Perſohn zu ſtandt, auch der gerichtlichen Tax-ordnung und gewohnheit, und nach befindung anderer umbſtände zu æſtimiren und zu moderiren V. R. W.* ad conſultationem cujusdam Doctoris Juris A. 1634. Menſ. Octobr. reſpondit.

§. XXII.

Præſuppoſito autem, quod ſalarium advocati ad certum & jure licitum modum, ſit conſtitutum, quæritur, an illud in concurſu creditorum aliquam habeat prærogativam? & videtur propter ſummam utilitatem, quam reipublicæ præſtant advocati *leg.* 14. *C. de Advocat. diverſ. judicior.* & quoniam patrociniis ſuis, clientum bona, unde tam hi, quam univerſa eorum familia ſalutariter vivere queant, conſervant per leg. autem 5. *& 6. ff. qui potiores in pign.* is, qui in rem conſervandam aliquid impendit, tacitæ hypothecæ jus, & prærogativam habet, affirmando reſpondendum eſſe: Sed quia Jure Civili, nullus creditor, niſi vel per legis, vel ſui ipſius proviſionem, ipſi præ aliis creditoribus expreſſe cautum ſit, alteri præfertur, ſed omnibus æqualiter conſulitur *leg. 6. ff. de bonis auct. jud. poſſ.* & quod expreſſum non eſt, pro omiſſo

 habe-

Digitized by Google

habetur arg. *leg.* 99. *ff. de V. O.* siquidem & jus Saxonicum nullam ipsis prerogativam indulget potius *Tit.* 42. *Ordinat. Process. Saxon.* eos ex numero illorum, qui prælationis privilegio gaudent, expresse excludit, merito castra negantium sequimur; Et habent Advocati quod sibi imputent, cum ipsis sicut aliis, ratione salarii promissi mediante hypothecæ constitutione sibi cavere liceat, si id omiserint, & sibi non melius prospexerint, præsertim cum vigilantibus jura scripta sint *l.* 24. *ff. quæ in fraudem credit.* hinc illis non immeritò illud, quod *Wenseb. vol.* 1. *consil.* 14. *n.* 13. habet, opponitur: Lex non suum, sed tuum tibi denegat auxilium.

F I N I S.

E T

SAPIENTI ERIT SAT.

Co-

Digitized by Google

Corollaria.

I.

Advocatus licet cognoverit jura unius partis, tamen sine prævaricationis crimine, alteri parti patrocinium præstare potest, præsertim si illa alium elegerit Advocatum.

II.

Advocatus etiamsi sit adhuc sub patria potestate, tamen habet jura patrisfamilias.

III.

Cambium non est mutuum sed est separatus contractus, aut species permutationis.

IV.

Secundum jus cambiale lipsiense intra annum & diem præscribitur inter Mercatores cambium, licet de debito

Digitized by Google

bito creditor interpellaverit debitorem, & eum citari curaverit.

V.

Inofficiosum Testamentum salvatur quoad omnia capita per clausulam codicillarem.

VI.

Filius & Filia etiam contradicente patre legitimum possunt contrahere matrimonium.

VII.

Pater non semper tenetur dotare filiam.

VIII.

Origo dotis est ex jure naturæ.

IX.

Cautio ratione dotis, nunquam à marito est præstanda.

X.

Quantitas dotis non est in arbitrio patris.

Usuræ

Digitized by Google

X I.

Usuræ debentur licet non sint stipulatæ.

X I I.

Usuræ etiam ultra alterum tantum exigi possunt.

Digitized by Google

Digitized by Google